Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



beati estis cum uos
odierint homines, et cū
separauerint uos et ex
probrauerint, et eiecerint
nomen uestrum tanquam ma
lum propter filium hominis,
Gaudete in illa die
et exultate: ecce enim
merces uestra multa est
in celis. offertorium Exultabunt
sancti in gloria letabuntur in cubilib
suis exultationes dei in faucib eorum.
Munera tibi domine nostre, secreta
deuotionis offerimus
que et pro tuorum tibi grata
sint bonore sanctorum, et nobis
salutaria te miserante
reddantur. cō. Dico autem
uobis amicis meis ne timeatis
ab his qui uos persequuntur.
Dona nobis domine quesumus, postcō.
intercedentibus sanctis
tuis N. et N. ut quorum
cōtingimur pura mente
capiamus. in festo martirum
iusti epulentur et exultent
in conspectu dei et delectentur
in leticia. ps. Exurgat deus
et dissipentur inimici eius
et fugiant qui odiunt eum a facie eius.
Infirmitatem nostram Oro.
Respice quesumus domine propicius respice;
et mala omnia quē iuste
meremur, sanctorum tuorum N
et N, miserico aute. P.
Fres. Re. ad hebreos.
Fratres, recordamini pri
stinos dies in quibus il
luminati magnum certa
men sustinuistis pas
sionum; in altero quidem
opprobriis et tribula
tionibus spectaclum fiē;
in altero autem socii taliter
conuersantium efficē. Nam
et uinctis compassi estis;
et rapinam bonorum uestrorum
cum gaudio suscepistis,
cognoscentes uos habere
meliorem et manentem
substantiam. Nolite itaque
amittere fiduciam uestram;
quē magnam habet remune
rationem. Patientia enim
uobis necessaria est; ut uo
luntatem dei facientes re
portetis promissionem.
Adhuc enim modicum